sab. atina armeniis. m. manlius qui capitolium a gallis defende
rat cum obstrictos aere alieno liberaret nexos exsolueret crimine
adfectati regni damnatus de saxo deiectus est. In cuius notam sc.
factum est ne cui idem anliue gente manli cognomen esset. c. licinius
et l. sextius tribuni plebis legem promulgauerunt ut consules
ex plebe fierent qui ex patribus creabantur eamq; cum mag
na contentione repugnantib; patribus cum idem tr. pl. per quin
quennium soli magistratus fuissent pertulerunt et primus
ex plebe consul l. sextius creatus est lata est et altera lex ne
cui plus quingentis iugerib; agri liceret possidere. IXLIB VII
Duo noui magistratus adiecti sunt praetura et curulis aedilitas
pestilentia ciuitas laborauit eamq; insignem fecit mors furi
camilli cuius remedium et finis cum per nouas religiones
quaereretur ludi scaenici tunc primum facti sunt. cum dict. l.
manlio dicta esse tam pomponio tr. pl. propter dilectum
acerbe actum et t. manlium filium rus relegatum si
ne ullo crimine adulescens ipse cuius relegatio patri
obiciebatur uenit in cubiculum tribuni strictoq; gladio
coegit eum in uerba sua iurare se perseueraturum in accusa
tione. Tunc omnia pretiosa missa sunt in p̄ altū uoraginem
urbis romanae in eum curtius armatus sedens equo praecipi
tauit et placata. lucius manlius adulescens qui patrem a tri
buni accusatione uindicauerat contra gallum prouocan
tem aliquem ex militib; romanis in singulare certamen
eiq; occiso torquem aureum detraxit quem ipse post eu
tulit et ex eo torquatus uocatus est. Duae tribus adiecta

10 Ex Floro
Nr. 10, fol. 1
10
Stadtbibliothek * BERN *
Livii periochae lib. 6-8 p. 12, 4 — 149 ed. Jahn